



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ignatii symbolum. 152

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

dem fonte extitit, illud, de quo supra memorauimus, vidēdi DEI desiderium: vt quoties in mētem esset, mortem cogitare, gauisus lacrimas nō teneret: Neque id eò solūm, quò summum sibi bonum fruendum acciperet; sed vt gloriam Christi, tantopere amati, coram intueretur.

Sub annum CIO. IO. XLI. mense Quintili, pro re nata dicentem audij: facta duarū rerum optione, vt vel confestim excederet, cœli securus: vel superstes aliquamdiu, sed non proinde certus degeret; in hāc se partem iturum esse, dum præclarū aliquod opere precium Deo facere interim liceret; periculo præ obsequijs contempto. Nam quis nostrorū, inquit, est principū: qui, oblata videns stipendia tantisper à milite differri, quoad plurib. illa titulis promereatur: non obstrictum se

cre-